OPVSCVLVM RE- CENS HEBRAICVM A DOCTISSI- MO HEBRAEO ELIIA LEVITA GERMANO GRAMMA- tico elaboratum, cui titulum fecit תשבי id est, Thisbites,

in quo 712. uocum, quę sunt partim Hebraicę, Chaldaicæ, Arabicę, Gręcæ & Latinæ, quęq; in Dictionarijs non facilè inueniuntur: & à Rabbinis tamen Hebręorū, in scri- ptis suis passim usurpantur: origo, etymon, & uerus usus doctè ostenditur & explicatur, per [redacted], in gratiam studiosorum linguæ San- ctæ latinitate do- natum.



Rationem Tituli inuenies in Præfatione authoris.

Impressum ISNAE in Algauia, Anno

M. D. XXXXI.



PRAEFATIO AD LECTOREM.



VANDOQVIDEM iam ab annis aliquot in hoc incumbo, optime lector, ut, si quæ sunt in Hebræorum scriptis, & penetralibus alicuius momenti, (ut certè multa sunt, modò adsit qui iuditio seligat, quicq; ad sacræ scripturæ normam rite applicet) quæ Christianis hominibus, maximè Theologis, ad intelligendas sacras literas usui esse possunt, in lucem proferã. Factum est benigna uoluntate Dei Opt. Max. ut ad hoc meum institutum mihi duo cõmodissima & optatissima media contigere. Primum, liberalissimus Mœcenas, qui pro instituenda officina typographica, eaq; Hebræa, sumptus liberalissimè exponit. nempe D. Petrus Bufflerus, ciuis Isnensis, & honestissimus & pijssimus, qui ob singulare studiũ, quo prosequitur omnes doctos, & in ipsam pietatem promouendam totus incumbit, æternam laudem apud omnem meretur posteritatem. Nescio enim uerè an facilè similem alicubi terrarum opulentum aliquem inuenias, qui tanta liberalitate sua profundit bona, ubi uel doctialendi, uel pauperes iuuandi, uel etiam Euangelium Christi prouehendum, ut non uerear dicere, tantum illum hac in re effecisse, quantum multi docti scribendo & docendo. Alterum est, quòd doctissimus Hebræus, qualem uix secundum habet orbis, Helias inquam, genere Israëlites, & cognomento Leuites Germanus, passus est se ex Italia, inclyta urbe Venetorum, ISNAM uocari: ut ad istos meos conatus auxiliatrices pręberet manus. Quo certè dubito num tota Iudæorũ gens, synergon

mihi in propaganda lingua Hebræa, ſuppeditare potuiſſet, & meliorem, & commodiorem. Rei enim Grammatices, quod rarum eſt apud Iudæos, præſertim Germanos, omnino peritiſsimus ėſt, ut in qua omnem ætatem, uel ab ipſa contriuit pueritia. Vnde quicquid uſpiam eſt probatorū ſcriptorū diligenter legit, ſicut de eius eruditione ipſius ſcripta quę ante aliquot annos in lucē ędidit teſtant̄: è quibus tantū ꝓfectū fecerūt omnes ſtudioſi linguæ ſanctæ, ut ſanè quicquid eſt hodie uſpiam ſolidioris cognitionis linguæ Hebrææ, illi acceptum debeamus. quod etiam qui inter noſtros pręcipui ſunt, liberè, et ingenuè fateri nō erubeſcunt. Chaldæam ſanè linguam nō minus, quàm Hebręam nouit, ut qui omnes מתורגמין id eſt, Thargumiſtas (ſic illi uocant Chaldæos interpretes, qui paraphraſticè ſacra ex Hebræo tranſtulerunt Biblia) diligentiſsimè, ſummoq́ꝫ cum ſtudio, legerit, uoluerit, & reuoluerit, ut ſanè ex illis Lexicon Chaldaicum doctiſsimum & utiliſsimum, cui nomen מתורגמן fecit, collegerit, quod propediem in cōmunem utilitatem omnium ſtudioſorum linguæ ſanctæ ל״ת excudi curabimus. In ſacris Biblijs, quod alij Iudæi nō tantopere curant, ut qui omne ferè tempus in Thalmudicis nenijs, alijsq́ꝫ cauillis terunt, adeò uerſatus eſt (qualem Hebræi בעל פסוק appellant) ut non tantùm capita omniū librorum Bibliacorū. Sed & ſingulos uerſus, dictiones, apices, accentus, & quicquid huiuſmodi eſt, in recenti habeat memoria, quod planè mirum eſt in homine tam ſene. Et argumentum eſt, quanto ſtudio, quantaq́ꝫ diligentia ſacris Biblijs incubuerit, id quod ipſe etiam de ſeipſo ſcribit, in Pręfationė ſuper librum Maſoreth Hamaſoreth, ſic inquiens, בדקדוק ובפסוק כי כל ימי עסקתי. Itidem in Præfatione ſuper librum Sichronoth כל ימי היתי בפסוק ובדקדוק His certè non paruum pondus adijcit hominis ueneranda ſenectus, quæ eruditionem commendat, utpote à multis annis iam confirmatam, ut non ſint nuper nata, quæ ille nobis

ex

ex armario ſuo deprōmit,ſed bene meditata,ruminata, diſcuſſa,ſolida & firma.Et talem ſanè uirum,à quo diſcere contendas,quærendum docent Hebræorum ſapientes. ſicut legitur in פרקי אבות cap.4.(quem libellum & ipſe Latinum feci) הלומד מן הקטנים למה הוא דומה לאוכל ענבים קיהות ושותה יין מגתו והלומד מן הזקנים למה הוא דומה לאוכל ענבים בשולות ושותה יין ישן Id eſt.Qui diſcit à iunioribus,cui ſimilis eſt? ei nempe, qui edit uuas immaturas,& bibit muſtū de torculari ſuo. Qui uerò diſcit à ſenioribus,cui ſimilis eſt? Ei nimirum, qui edit uuas maturas,& bibit uinum uetus. Sed iam uenio ad hominis fidem:religione quidem adhuc Iudæus eſt,ſed qui uerè nō iniquus eſt in fidem noſtram,nec malignè ſentiens de Chriſto unico redemptore noſtro, ut plærıq; alij Iudæi:multa uidet,multa intelligit,quæ alij non uident,& intelligunt,ut iucundū admodum ſit cum homine de multis conferre.Non referam hîc quàm facilis ſit in docendo, quàm item & fidelis,ut hominem dicas omnium horarū, & ad ſeruiendū omnibus natum:qualem, per Herculem, nō facilè inuenies inter omnes Iudæos.Quàm fideliter eū Chriſtianos doceāt, multos ſummos uiros, magnis ſumptibus expertos arbitror. Plęriq; enim piaculum eſſe ducunt,hominem Chriſtianum ſanctam docere linguam, id
Pſal.147. quod teſtatur uulgò apud illos iactata ſententia אסור ללמד תורה לגוי id eſt,Prohibitum eſt docere legem ethnicum. Id quod colligunt ex iſto loco Pſalmi לא עשה כן לכל גוי ומשפטים בל ידעום, id eſt,Non fecit taliter ulli genti(neq; gentes) cognouerunt iuditia eorum. Sed quàm uerè hoc dicant, & quàm dextrè interpretentur:uide hac de re,ſi placet,Helię libellum,cui nomen eſt Maſoreth Hamaſoreth, ubi diluit calumnias quorundam Iudæorum, qui ei uitio uertunt, quòd cōſuetudinem cum Chriſtianis habeat,illósq; ſanctā doceat linguam.Habuit enim ex Chriſtianis nō uulgares diſcipulos,ſed ſummos uiros,Cardinales,inquā,Epiſcopos, & multos doctos:O quàm optandū eſſet,ut anni illius,ue

 luti

luti Aquilæ senectus renouarentur. Quantum enim hinc
commodũ rediturũ esset ad omnes studiosos linguæ san-
ctæ,cũ Christianos, tũ Iudęos. Formidandũ eñ,ne quãdo
occidua senectus hominem nobis de improuiso è medio
abripiat. Sed gratias agamus Deo immortali, qui tanto
tempore illum nobis superstitem reliquit,nec passus est la
nificas sororculas stamina sua citius abrumpere.quin uo-
luit illum prius talentulum sibi in Hebræa lingua concre-
ditum,non sine magno fœnore reddere: pro quo sanè be-
nefitio,ego in primis Deo meo indesinenter gratias agere
teneor,utpote,cui mihi nõ tantũ scripta illius uidere,& le
gere licuit,sed & uirũ coràm habere,hospitio excipere,cõ
uersari,& ut Hebræus dicit, cũ illo פה אל פה uarijs de reb.
colloqui,eiusq; consilio,mutuaq; opera, nouã quam paro
typographiam, eamq; Hebręam,auspicari. Is inquam He
lias,uir tametsi Iudæus, tamen ob insignem eruditionẽ,
& mirificam humanitatem omni laude dignus,inter cæte
ros libros,quos secum ex Italia adduxit, mecumq; impri-
mere statuit, nouum libellum,antea non uisum, neq; ex-
cusum,attulit:cui titulum תשבי fecit, quod in eo 712. uo-
ces.totidem enim תשבי in numero facit, partim Hebræas,
partim Chaldaicas,Arabicas,Græcas & Latinas,quarũq;
uerũ usũ in nullo Lexico facilè inuenies. & tamẽ subinde
à Rabbinis Hebræorum usurpantur, lepidè explicat,ea-
rumq; originem,etymon, rectumq; usum,idq; iuxta ordi
nem alphabeticum,pulchrè ostendit. Quem laborem quũ
uiderim non parum prodesse omnibus studiosis linguæ
Hebrææ,præsertim Commentaria legentibus, ut in qui-
bus istiusmodi uocabula sæpe occurrunt,quæ non intelli-
gere usq; fastidiosum est. Atq; mei etiam labores pręcipuè
eò tendunt,ut quibus ad legenda Commentaria Rabbino
rum,quæ illi. מפרשים uocant,animus est,aditum & auxiliũ
præbeam,in quibus,tametsi multa sint Iudaica,interim ta
men


men & multa bona, ac utilia: quæ ad perdiscendam linguam Hebræam, & ad intelligenda sacra Biblia, multum conferunt: sicut nonnihil hac de re dissero in Præfatione mea, super librum Radicum R. D. K. quem totum latinum factum, breui (annuente Christo) typis euulgabimus. Nescio enim uerè, an unquam liber in Hebræa lingua, à quoquã mortalium scriptus sit, qui eo plus prodesse poßit omnibus solidè hebraicari cupiẽtibus. Quum inquã ad hoc meũ institutum multum commodare uideretur nouus iste Heliæ libellus, nolui ego illo ab ipso mihi exhibito solus frui, neque apud me illum supprimere, sed à me utcunq; latinitate donatum, omnibus quoque candidatis Hebrææ linguæ utendum impertire. Quare omnes, qui sanctam linguam amant, admonitos uolo, ut Heliẹ Leuitæ, opt. uiro gratias agant, deq; illius aduentu in Germaniã, ubi fœturas suas (nõ ingratus erga patriã) ædere statuit, multũ gratulent: qui tametsi multis premit annis, eoq; merito iam rude donandus, nondum tamen cessat noctesq; diesq; à laboribus hebraicis. Dein rogo, ut hanc meam operã, qua latinam uersionem è regione, sic, ut pagina paginæ respondeat, adieci, æqui boniq; consulant. Non est, ut hîc elegantia latini sermonis, quam difficulter fert lingua Hebræa, præsertim in tali materia spectetur. Studui itaque modo uerbum uerbo reddere, quò hebraismus eò melius cernatur. modo neglectis uerbis, ad uitandam obscuritatem, sensum ut potui, reddidi: in id incumbens, ut quæ in Hebræo breuißimè dicta sunt, maximè ubi Rabbinorũ citant authoritates, sic redderẽ, ut aliq̃ modo intelligi possent. Maluissent fortaßis quidã, semotis hebrẹis, latina tantũ habere, eaq; elegantiora & tersiora, eo etiã ordine & modo digesta, quo latinis aurib. magis accepta et grata essent, Sed malui ipse nunc hebrẹa adijcere, ut in ipo autore, tanq̃ in fõte (unde semp purior aqua hauritr)

quomodo

quomodo singulas uoculas hebraice explicet, uideas: atque inde etiam idiotismos hebraicos, & quicquid ad linguam attinet luculentius perspitias, ac percipias, Quod si alicubi Hebræa non assequeris, iuuabit te fortassis latina uersio, sin illa tibi uel obscurior, uel breuior uidebitur, apertiora tibi forte erunt Hebræa. Coniũxi ergo utranque linguam, ut sicubi difficultas appareat, utraque iuueris. Interim & hoc addere libet, candide Lector, ut sicubi hoc in libello quædam Iudaica cauilla deprahenderis, scias ea ab ipso etiam Helia nõ eo animo citari, quod uel ipse ea approbet, aut his fidem habeat, ut alicubi etiam manifeste testat̃, sed docendi tantum causa pro explicatione uocum ex Hebræorum scriptis, ubi illorum fit mentio, in mediũ adduci: quæ mihi etiam interpretis offitium agenti præterire, uel prorsus negligere & supprimere, nequaquam commodum uisum fuit. Fac ergo non quæ ad fidem, sed quæ ad linguã attinent ex præsenti discas libello. Proin quisquis es sanctæ linguæ studiosus, hunc Heliæ, & meum laborem, grato animo suscipe, quod ubi fieri intellexerimus, propediẽ alia, non minus utilia in lucem dabimus. Huc enim propendet animus meus totus, in quod etiã ope Christi, quoad uixero, incũbam: ut quicquid in penetralibus Hebræorum scitu dignum inuenero (ad quod sane Heliæ præsentia non parum proderit) in apricum proferam. Christus, unica salus nostra, & æterna sapientia, uires suppeditet, uitam proroget, omnesque meos conatus & labores, ad gloriã nominis sui, cõmunemque Reipublicæ Christianæ utilitatem: quod mecum ab illo omnes ardentissimis uotis exoptent, qui sanctam linguam amant, suspitiunt, et unice colunt, benigniter dirigat: Cui sit laus, & gloria in secula seculorum. Amen.

Iacobo

IACOBO HARTMANNO DVRLACHENSI IVVENI DOCTO, PIO, ET CHRISTIANICIS moribus egregiè prædito, amico ſuo chariſsimo, [redacted] S. D.



NON te latet opinor chariſs. Hartmanne, hominum noſtri ſeculi eruditorum cõmunis mos, qui nimirũ eſt, quod lucubrationibus ſuis in orbẽ ſpargendis, in primis de commodis proſpitiant patronis, quibus tanquam dijs tutelaribus eas dedicent, quo contra maleuolorum obtrectationes, quæ nunquam deſunt, propugnent, tueantur, & defendant. Tametſi fortaſsis inuenias, qui hac in re, inanem gloriam, munera, aut neſcio quid aliud magis, quàm patrocinium ædito labori quærant. Hinc alius regem, alius principem, alius Epiſcopum, alius opimum aliquem Abbatem, Prælatum, aut opulentum aliquem ciuem, qui ſpem non fallat, & uoto egregiè reſpondeat, quæritat. Ego certè quum nihil horum habeam, aut poſsim, ut qui à puero uſq;, nec in principũ, aut epiſcoporum aulis, nec in ædibus diuitum & magnatũ, ſed in humilibus caſulis & mappis, ab humilibus parentibus, & inter humiles ſemper fortunæ homines, & educatus, & conuerſatus fuerim, humilia ſanè (ſed quæ Deo Opt. Max. & æterno eius filio, ſummo principi, unico ſaluatori noſtro, nõ diſplicere ſciam) quærere cogor. Quunq; unicum hoc meum uotum ſit, omniumq; meorum conatuum unicus ſcopus, non ut inde diteſcam, non ut inanem aliquam gloriolam aucuper, ſed ut ſanctã linguam pro mea paruitate, moduloq; mei ingenioli apud

ב omnes

omnes studiosos eius promoueam, uisum est mihi talem quærendum esse amicum & patronum, cui hunc meum laborem qualemcunque dedicem, qui Hebrææ linguæ non omnino nullam habeat cognitionē, quique intelligat quantum ea ad intelligendas sacras literas habeat momenti, qui denique eam unicè mecum colat, amet, & ueneretur. Talis certè tu mihi uisus es optime Iacobe, idque multis de causis. Prima, singularis amor tuus, quo flagras in linguā sanctā, qui tantus in te fuit, ut discendi Hebræam linguam causa, uel neglecta nō uulgari apud præclarissimā Zuuicciorū Cōstantiæ familiā, ad me Isnam unà cū optimo spei adolescente Iacobo Velociano concesseris. Altera, quòd iam ad legenda Rabbinorum cōmentaria egregiè te adornas: ad quod sanè institutum, nouus iste Heliæ libellus, Thisbites nomine, nō parū cōmodabit: ut q in eo explicat uoces obscuriores & difficiliores, quę subinde in Hebræorum scriptis occurrūt, & nō intellectæ, lectori facilè tediū adferunt. Tertia, quòd nō dubitem, certis, infallibilibusque ad hoc etiam argumentis adductus, omnium tuorum studiorum finem esse, ut non tam eruditione, quàm pietate promoueas, ad quod mirè conducit Hebreæ linguæ cognitio, studium uerè utile & sanctum, Christianoque homine multis nominibus dignum. Videtur enim mihi profectò hæc lingua singularem sedem suam in pijs pectoribus habere, eorum inquam, qui non tam eruditionem quàm uitę innocentiam spectant. Quū em̄ aliæ linguæ hominib. ad uarias res prophanas cognoscendas & tradendas seruierint, sola hęc supremo numini digna uisa est, qua cœlestia sua oracula mortalibus terrigenis patefaceret & commendaret. Vnde sola etiam & meritò quidem sancta lingua, præ omnibus alijs dici obtinuit. Postremo, quia semper præcipuus honos amicis, præsertim his qui nobis alijs arctius quodammodo sunt coniuncti debetur. Partē enim

ortus

ortus nostri (ut philosophus inquit) patria, partem sibi amici uendicant: expostulat certè aliquo modò, uel patriæ uicinia, quæ nos arctius cõstringit, ut tibi hũc honorẽ (si modò honor, ut plærięque agnoscunt, est appellandus) tibi deferam. Hæ sunt charissime mi Hartmanne causæ, quæ me ut hoc nouum opusculum iam primum in lucem prodiẽs tibi ut nuncuparem compulerunt. Quare boni consulas, grato animo suscipias, mecumque Christũ, unicam salutem nostram, nunquam non toto pectore sollicites, quo istos meos labores hebraicos, & alios quos parturio, ad gloriã nominis sui, ædificationem Ecclesiæ suæ, omniumque studiosorum linguæ sanctæ communem utilitatem clementer fortunet. Vale Christianice ex ISNA oppido Imperiali in Algauia.

ב 2

D. GEORGIVS VOEGELInus, physicus Constantiensis, in laudem authoris & operis.

PRima fuit terris Hebreæ copia linguæ,
Qua sua delegit prodere iusta Deus.
Ex hac ergo sacri perquiras mystica uerbi.
Nam bene de primo fonte bibuntur aquæ.
Hactenus illa tamen multa, quod nocte latebat.
Pluribus errandi, maxima causa fuit.
Illis dum cuperet consultum primus Helias,
[illegible] hinc, luci est tradita תשבי suæ.
Quæ prius ignotas tibi uoces explicat, illas
Si numeres centum septies inuenies.
Oportet tamen his alias bis addere senas,
Gaudeat ut meritò nomine Thisbi suo.

ספר התשבי
לאליהו התשבי
שרשיו במנין
תשבי

ורובם הם שרשים ׃ מלפנים אינם מפורשים ׃
ומורגלים בדברי רבותינו ׃ בתלמוד ומדרשים
בראשית רבא וילמדנו ׃ ולא יהיה שרש
בכל הספר ׃ שאינו דבר חדש מכספר ׃
ועל זה פסוק אחד אשיר ׃ על
דרך מליצת השיר ׃ אין בית
אשר אין שם מ״ת חדש
איזה דבר ׃ אשר
לא בשמע
כבר ׃

שירה

אהיה קל כנשר וצבי   גם עז כנמר או לביא ׀
אשים פני בחלמיש   לעשות כרצון אלי אבי ׀
הן לא איעף גם לא איגע   כל עוד רוחי היא תוך קרבי ׀
אגדיל תורה גם אאדירה   אגיד לכל מה בלבבי ׀
אתן עזרי ללשון עברי   ארחיבהו עם מכתבי ׀
אוסיף עליו הסרון מליו   ערוך גם קמהי לא הביא ׀
אל המלות שהם הלות   גם לחמורות אשים לבי ׀
גם שרשים המפורשים   בהם חדוש יגיד תרי ׀
לא מידי יצאו נקי   אצא בהם את יד חובי ׀
מקרא בלהוד משנה בלחוד   גם היוני גם הערבי ׀
ולשון רומי הוא הלועזי   ולשון בת עמי גם אביא ׀
הם בספרים רב בפזרים   אנד אומר מהם גם בי ׀
אפתור כלם אגיד געלם   לפניהם אעביר כל טובי ׀
יראת הכם יוסיף לקח   גם לנער יהית רבי ׀
כי אמנם לא שקר מלי   אם לא איפה מי יכזיבי ׀
מה שדיתי יבין אותי   יכתוב לו כפר איש רבי ׀
אך יעשה זאת טרם אמות   כי מה אשיב אחרי שכבי ׀
או ימות גם הוא כמוני   או ימתין לי עד עת שובי ׀
שמה ישר נוכח עמו   ואפלט עם יושר ריבי ׀
לכן הומי בא שירתי   תבל מעיר אל עיר סובי ׀
ולכי צפון בואי תימן   צד מזרחי גם מערבי ׀
גם באדום ובר ארץ יון   תוגרמא גם ארץ הצבי ׀
ובכל פנה פצחי רנה   גם ספרי אחריך סחבי ׀
אותו על שכמך תשאי   ובנגיד או תו תחריבי ׀
מספר צעדך תגידיהו   לפני כל אדם התיצבי ׀

שירה

אַל תִּרְאִי כִּי לֹא תֵבֹשִׁי | אַל תִּכָּלְמִי אַל תֵּעָצְבִי ׀
גַּם הַסֵּפֶר לֹא יֶחְסַר | כִּי דִבּוּרוֹ כִּדְבַר נָבִיא ׀
אַתָּה סִפְרִי מִכֹּל עִבְרִי | גַּם מִמּוֹצָרִי בָּא אַל תַּחְבִּיא ׀
וּלְשׁוֹאֲלְךָ מִי פוֹעֶלְךָ | תֹאמַר אֵלִ־יָהוּ לֵוִי ׀
הוּא עַשְׂבִּי וְקָרָאבִי | בִּשְׁמִי בִּשְׁמוֹ כִּבוּי תִּשְׁבִּי ׀
גַּם כֵּן בְּשׁוּ רֵשׁ הָאַחֲרוֹן | יָבֹא בְּאוֹר מִלַּת תִּשְׁבִּי ׀
אַד שָׁרְשֵׁי שֶׁבַע מֵאוֹת | וּשְׁנֵים עָשָׂר סִימָן תִּשְׁבִּי ׀

LATINA REDDITIO HVIVS CARMINIS PARAPHRASTICA ET SOLVTA Oratione per Iacobum Velocianum in gratiam ſtudioſorum linguæ Hebreæ.

VElocitate aquilis & hinnulis parem me faciam, pardos ac leones fortitudine æquabo, obfirmabo certè frontem meam audatia, ueluti durisſmum ſaxum, ad exequendam ſcilicet patris mei cœleſtis diuinam uolūtatē. Quā diu eī̄ ſpiritus hos regit artus, nullla defatigatio, nullaq́ laſsitudo ab illuſtrāda & celebrāda lege impedire me poterit, quo minus recōditos ſenſus, intimasq́ animi mei cogitationes omnes proferā, in hoc uidelicet, ut linguę ſanctę auxiliū ferā, eamq́ ſcrptis meis dilatando locupletiorē reddā. Siquidē uoces ab alijs hactenus pretermiſſas, ab ipſo etiā Kimhi & Aruch intactas, cum faciles tum difficiles, diligenter explicabo. & ſi quæ ſunt ab alijs leuiter tactæ, de his quoq́ noua, & multo ſolidiora adferet hic liber meus, ita ut ne una quidem uocula inexplicata prælabatur. Omne enim ſtudium meum, quantum & poſſum

ſum & debeo, illis præſtabo. & tam Bibliacas, quàm Thalmudicas uoces, Græcas, Arabicas, Romanas, Italicas, & Germanicas: quæ per omnes paſsim authores diſperſæ ſunt, ordine digeſtas interpretabor: quarum etiam uocum bona pars in lege, prophetis, & hagiographis reperitur, de his quicquid boni in medium adferre potero, faciam parato animo. Quod ubi uidebit ſapiens, doctrinam adijciet: diſcipulis quoque præceptoris loco erit: uera enim & certa ſunt quæ ſcribo, quod ſi cui diuerſum uidebitur. Age, mecum in harenam deſcendat, ædito aliquo in hoc opere, coarguat: uerùm maturet hoc opus ſuum, priuſquam ipſe moriar, quî enim mortuus illi reſpondere potero? aut ſimul mecum ex uita emigret, aut reditus mei tempus expectet. & tum demum acriter cum eo decertabo, iuſtiſsimoque triumpho ornatus uictor diſcedam. Nunc itaque exurge ô carmen meum, ex urbe in urbem peruola, totumque circumcurſa orbem. Ad aquilonem te confer, inde ad meridiem, ortum pete ſolis, ſimul & occaſum. Edumæam quoque, Grætiam, Arabiam, & terram Iſraël, in medijs plateis attolle uocem tuam: & hunc librum humeris tuis impoſitum, tecum (ueluti principem geſtans) oſtentando circumfer. Ad numerum greſſuum tuorum præſentiam illius omnibus mortalibus annuntia: omnibus inquam, inſpitiẽdi fac copiam. Nec eſt quòd uerearis, ut uel ludibrio fias, uel ignominia aliqua affitiaris. quandoquidem & liber ipſe talis eſt, quem ſuimet ipſius non pudeat: tam enim certa ſunt quæ dicit, quàm prophetarum oracula. Cæterum, tu liber meus omnibus ex æquo, cum Iudæis, tum Chriſtianis quoque tui copiam facias, & interrogatus de authore, reſpondebis Eliam Leuitam eſſe, qui mihi inquias, idẽ nomẽ, quo ipſe gaudet, indidit, & cognomento הַתִּשְׁבִּי appellauit. cuius uocis explicationẽ in radice ultima inuenies. Sunt aũt omnes radices, quæ in hoc libello continent 712. quem numerũ tibi conſtituũt literæ uocis התשבי

הקדמה בחרוזה

אֶפְתְּחָה בְמָשָׁל פִּי ׃ אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בִימֵי חָרְפִּי ׃
כִּי הָיָה בְאַחַת הַמְּחוֹזוֹת ׃ אֲשֶׁר נִקְבוּ
בְשֵׁמוֹת ׃ אָמָן אֶחָד צַיָּר ׃ וְצִיֵּר צֶלֶם אִישׁ עַל קִיר ׃ וְהָיָה
הָאִישׁ הַהוּא תָּם וְיָשָׁר ׃ יְפֵה תוֹאַר וּמָשׁוּחַ בַּשָּׁשַׁר ׃ וַיַּדְבִּיקֵהוּ
עַל לוּחַ עֵץ ׃ וְעַל פֶּתַח בֵּיתוֹ הָיָה אוֹתוֹ נוֹעֵץ ׃ לְהַרְאוֹת
הָעַמִּים וְהַשָּׂרִים אֶת יָפְיוֹ ׃ כִּי כָלִיל הוּא בַהֲדָרוֹ וּצְבִי עֶדְיוֹ ׃
וַיְהִי כַּאֲשֶׁר כָּל הָעָם רוֹאִים ׃ וְהִנֵּה בְתוֹךְ הַבָּאִים ׃ זָקֵן
אֶחָד רַצְעָן ׃ עַל מִשְׁעַנְתּוֹ נִשְׁעָן ׃ וַיַּרְא וְהִבִּיט אֶת הוּא ׃
אַחֲרֵי כֵן פָּתַח אֶת פִּיהוּ ׃ וַיֹּאמֶר הִנְנִי עוֹמֵד מִשְׁתָּאֶה ׃
אֵיךְ הַצַּיָּר שָׁגָה בָרוֹאֶה ׃ הֲלֹא תִרְאוּ כִּי שְׂרוֹךְ הַנַּעַל ׃ הָפוּךְ
מִלְּמַטָּה לְמַעַל ׃ כִּשְׁמוֹעַ הַצַּיָּר אֶת זֹאת ׃ יָצָא גַּם הוּא
לִרְאוֹת ׃ וַיַּרְא וַיָּנִיעַ רֹאשׁ ׃ וְהוֹדָה וְלֹא בוֹשׁ ׃ וַיֹּאמֶר צָדַקְתָּ
אַתָּה הַזָּקֵן ׃ אַךְ הַלַּיְלָה הַמְּעֻוָּת אֲתַקֵּן ׃ וְכֵן תִּקְּנֵהוּ טֶרֶם
הֲלָךְ לִישׁוֹן ׃ וּלְמָחֳרָתוֹ הוֹצִיאוֹ כְּמִשְׁפָּט הָרִאשׁוֹן ׃ וַיָּבֹא
הָרַצְעָן שֵׁנִית ׃ וַיּוֹסֶף לְהַבִּיט בַּתַּבְנִית ׃ וַיֹּאמֶר לַצַּיָּר יָפֶה
תִּקַּנְתָּ וְעָשִׂיתָ ׃ אֲבָל בְּדָבָר אַחֵר שָׁגִיתָ ׃ כִּי רוֹאֶה אֲנִי דָּבָר
נִבְזֶה ׃ כִּי הַבִּרְכַּיִם אֵינָן דּוֹמִים זֶה לָזֶה ׃ הָאֶחָד גָּדוֹל
וְהָאֶחָד קָטָן ׃ וַיֹּאמֶר לוֹ הַצַּיָּר לֵךְ אֶל הַשָּׂטָן ׃ כִּי מִשְּׂרוֹךְ
הַנַּעַל וּלְמַעְלָה ׃ אֵין לְךָ בְחָכְמָה חֵלֶק וְנַחֲלָה ׃ וַיְהִי הָרַצְעָן
לְבוּשָׁה וְלִכְלִמָּה ׃ וַיִּפֶן וַיֵּלֶךְ בְּחֵמָה ׃ וְכֵן יָרֵאתִי גַּם אֲנִי ׃
כְּמִקְרֶה הָרַצְעָן יִקְרֵנִי ׃ בְּעִנְיַן זֶה הַחִבּוּר ׃ רֵעַ עָלַי יְדַבֵּר ׃
וְיֹאמַר אֵלַי מִי שֶׁהוּא ׃ מַה לְּךָ פֹה אֵלִיָּהוּ ׃ כֵּלֵךְ לְמִדְבָּרְךָ
אֵצֶל דִּקְדּוּק וּמָסוֹרוֹת ׃ אֵין לְךָ עֵסֶק בַּנִּסְתָּרוֹת ׃ אַל
תַּחְמוֹד כָּבוֹד יוֹתֵר מִלִּמּוּדֶךָ ׃ וְאַל תְּקַבֵּל כִּסֵּא כְּבוֹדֶךָ ׃
וְלָכֵן יָרֵאתִי לְהִקָּרֵב אֶל הַמְּלָאכָה ׃ פֶּן לֹא אֶרְאֶה בָהּ סִימָן
בְּרָכָה ׃ אַךְ רוּחִי הֱצִיקַתְנִי ׃ וְאֵשׁ עָצוּר בְּעַצְמוֹתַי וּשְׂרָפַתְנִי

הקדמה בחרוזה

׳ וְהַלְכֵל לֹא יָכוֹלְתִּי ׳ וּמֵאֵת הַשֵּׁם עֵזֶר שָׁאַלְתִּי ׳ יִתְבָּרֵךְ
לִי לְמַעֲשֵׂה הַמַּחְשָׁבָה ׳ וְיוֹרֵנִי בְּדֶרֶךְ הַטּוֹבָה ׳ כִּי מַכִּיר
אֲנִי אֶת מְקוֹמִי ׳ שֶׁיּוֹתֵר מִדַּאי נִטַּלְתִּי גְּדֻלָּה לְעַצְמִי ׳
שֶׁמְּלָאַנִי לִבִּי לְפָרֵשׁ כָּל הַשָּׁרָשִׁים ׳ אֲשֶׁר בְּשׁוּם מָקוֹם אֵינָם
מְפוֹרָשִׁים ׳ וְאַף מֵאוֹתָם הַמְּפוֹרָשִׁים כְּבָר ׳ אֲחַדֵּשׁ בְּכָל
אֶחָד אֵיזֶה דָּבָר ׳ וְרוּבָּם מִן הַגְּמָרָא וּמִדִּבְרֵי רַבּוֹתֵינוּ ׳ כְּגוֹן
בְּרֵאשִׁית רַבָּה וְתַנְחוּמָא וִילַמְּדֵנוּ ׳ וְאַף שֶׁבְּעוּנוֹתַי ׳ כְּבָר
עָבְרוּ רוֹב שְׁנוֹתַי ׳ וְלֹא רָאִיתִי בַּטּוֹבָה ׳ בַּהֲוָיוֹת דְּאַבַּיֵּי וְרָבָא
׳ וְלַחֲכָמִים מְעַט שִׁמַּשְׁתִּי ׳ וּמַשָּׂאָם וּמַתָּנָם לֹא בִקַּשְׁתִּי ׳
מִכָּל מָקוֹם לִבִּי לֹא מְנַעְתִּי ׳ וּבָאֲגָדוֹת וּבְמִדְרָשִׁים יָגַעְתִּי ׳
לְהוֹצִיא מֵהֶם דְּבָרִים חֲשׁוּקִים ׳ בְּפֵירוּשֵׁי וּמִדְרְשֵׁי הַפְּסוּקִים
׳ עַד שֶׁרוֹב גִּרְסָתָם הִיא לִי יְדוּעָה ׳ וְזֶה יִהְיֶה לִי לִישׁוּעָה ׳
אֶת הַסֵּפֶר הַזֶּה לְחַבֵּר ׳ וּלְבָרֵר וּלְלַבֵּן אֶת אֲשֶׁר אֲדַבֵּר ׳
וְהִנֵּה יֶתֶר דִּבְרֵי הַקְדָּמָתִי ׳ הֲלֹא הֵם כְּתוּבִים בְּשִׁירָתִי ׳ אֲשֶׁר
בְּרֹאשׁ הַסֵּפֶר שַׁרְתִּי ׳ וּבְכֵן הַחֲרוּזָה הַזֹּאת גָּמַרְתִּי ׳ וְאַתְחִיל
הַדִּבּוּר בְּדָבָר הַלָּצָה ׳ לְלַמֵּד עַל הַכְּלָל כֻּלּוֹ יָצָא ׃

REDDITIO HVIVS PRAE-
fationis Rythmicæ per eundem Ia-
cobum Velocianum.

APeriam in parabola os meũ,quã audiui in diebus iuuentutis meæ,nempe ꝙ alicubi locorũ artifex quidã pictor fuerit,qui imaginẽ quandã,uiri effigiem pulchrè referentem,in membrana depinxerat,egregia ſcilicet forma minioq́ circumlinita,quã ligneę tabulæ affixã,foribus domus ſuæ appendit,quo pulchritudinẽ eius omnibus, tum

qui ex plæbe, tum qui ex primatibus erant, conspiciendam præberet: tota em̃ decora & formosa erat. Accidit aũt, quũ nemo nõ imaginẽ illã contemplaret, ut simul cũ alijs ueni entibus accederet sutor quidã senex, baculo suo innixus, qui quũ & ipse picturã inspiceret ac cõtemplaret, tandem in hæc uerba ꝓrupit. En nõ sine admiratione adsto, cõside rans, qui factũ sit quod pictor ille errauerit in re tam manifesta. Nunquid em̃ uidetis quomodo ligulã calceamenti inuerterit? Quo audito pictor, nũ hoc ita se haberet, cõspecturus ꝓdibat, inspecta pictura, caput mouit, erroreꝙ libere fateri nequaꝗ erubescens, seni respondit: Rectè iudicasti ô senex, hac ipsa ꝑfectò nocte, quod erratũ est emendabo, id ꝗd etiã fecit anteꝗ se somno daret. Postero aũt die cũ imaginẽ, solito more contemplandã in lucẽ ꝓferret, reuersus denuo calceator, illã intuitus est, inquiens ad pictorem, ꝓbelle quidẽ prius uitiũ emendasti, sed in alia re grauius errasti. rem em̃ turpẽ ego cõspitio, genua nẽpe ualde inter se dissimilia. alterũ em̃ altero maius apparet, cui respondit pictor, abi ad sathanam, à corrigia equidẽ calceamenti nõ licet tibi altius ascendere, quũ ea in arte nõ sit tibi neꝗ pars, neꝗ hæreditas (hoc est, ne sutor ultra crepidã) hoc audito calceator, pudore suffusus, & ignominia affectus, auertẽs se, cũ animi indignatione discessit. Ita ego, ne simile quiddam mihi, quod calceatori, eueniat, sanè timeo: ne scilicet quispiã, qualis qualis sit, de hoc meo opusculo malè loquendo, dicat: Quid hîc agis Elija? uade & loquere cum Grammatica & Masoreth, nihil hîc tibi negotij est cum abstrusis istis. Ne gloriam ampliorẽ eruditione tua ambias, neꝗ prosternas soliũ gloriæ tuæ. Quapropter ueritus sum hoc opus aggredi, timens, ne non satis fœliciter succederet. Nimio tamen desyderio, uelut ingenti igne accensus, non potui animum meum undiꝗ me angustiantem, diutius cohibere, implorato Dei auxilio, quo hanc animi mei medi-

tationem propitius fortunaret, meq́ꝫ in uiam bonã dirigeret: mecum enim habito, non ignarus, quàm sit mihi curta suppellex. Magnum enim est, & plus quàm satis quod conor. Siquidem in animũ duxi, omnes Radices explicare, quæ nullo in loco expositæ inueniuntur. Quòd si quas etiam ab alijs prius expositas in medium adfero: semper tamen in explicandis illis, nouum, quod alij non habent, adduco: multa uocabula uidelicet, ex Gemara, & scriptis Rabbinorum. nempe Breschith Rabba, Tanchuma, & Vilamdenu adferens. Et licet propter peccata mea, bona pars meorum annorũ præterierit, ita ut non uiderim quæ bona inter sese olim Abaie & Rabba (insignes Rabbini) disputarint. sapientibus etiam parum seruiendo conuersatus fuerim, quæq́ꝫ illi ultrò citroq́ꝫ tractare solent, non inuestigauerim, nihilominus non abstraxi animum meum, quin Agadoth, & Medraschim legendis, operam dedi, eliciendo inde res scitu dignas, quæ nempe faciunt ad intellectum, & interpretationem sacrarum literarum. In his, inquam, sic me exercui, donec bona pars scientiæ illorũ mihi cognita facta sit, id quod me non parum iuuabit ad componendum præsentem libellum, ad declarandum inquam & illustrandũ quæ in eo proloquar. Porrò quòd reliqua præfationis attinet, nunquid ea scripta sunt in carmine, quod in capite huius libri cecini. Nunc itaq́ꝫ finem Præfationi huic rythmicè conscriptæ imponã, incipiamq́ꝫ prosaica oratione, quæ adhuc supersunt dicenda, exponere, summatim omnia perstringendo.

הקדמוה בהלצה

הִנֵּה בְּיָדוּעַ כִּי אֵין בְּיָדֵינוּ הַיּוֹם מִלְּשׁוֹנֵנוּ הַקְּדוֹשָׁה
רַק מַה שֶּׁנִּמְצָא בְּכ״ד סִפְרֵי הַמִּקְרָא וּדְבָרִים
מְעַטִּים מִדִּבְרֵי הַמִּשְׁנָה לָכֵן לֹא נוּכַל לְדַבֵּר בָּהּ כָּל צְרָכֵינוּ

וחוברתו לערב בה מן שאר לשונות הגוים כגון ארמי פרסי יוני ערבי רומי ודומיהם כמו שהם נמצאים לרוב בתלמוד ובמדרשים וכבר חם הרב רבי נתן בן הרב רבי יחיאל איש רומי שבת תתחמ״ד ליצירה וחבר מהם ספר על סדר האלפא ביתא וקרא שמו ערוך כי הוא כשלחן הערוך לפני האוכל כי אדם גדול בתלמוד היה אכן לא הביא הרב רק המלות התמורות הנמצאות בתלמוד ובמדרשים מלשונות הנזכרות לעיל ורבים מהם הביא ולא באדם ועל זה אני מתמיה הרבה מאד על מה הביאם גם יש שרשים הרבה שלא הביא כלל ואף אם הביא איזה מלה מהן לא הביאה רק לבאר איזה דין או פשט ולא לבאר המלה ההיא והנה אודיע נא אתכם את אשר אני עושה לספרי זה הנה כבר אמרתי בשירי בתחלת הספר שלא אביא בספרי זה רק המלות שבעל הערוך והר״דק לא הביאם

והאמת הוא כי הרבה מלות נמצאות ששמשו בהן בעלי המשנה והורגלו בהם המפרשי׳ ומחברי הספרים בספריהם כגון הואיל וכיון וכיון ואילולי ואלמלא והיכן והיאך ודלמא ושמא ואף על פי ואף על גב וכל שכן ואלא ומכל מקום ודומיהם רבים ואין מי שזכר בהן דבר ואני אדבר בם ואבאר מאין הם נגזרים ומאיזה לשון הם אך המלות שהם מורגלות בתלמוד כגון אלמא אדרבא אטו אימא מיירי מיתבי תיובתא ודומיהם אף על פי שבעל הערוך לא הביאם גם אני לא אביאם כי אין תועלת בידיעת רק למי שמעיין בתלמוד ואף על פי שמלאני לבי לבאר חצתם לא אבאר שום אחד מהם כדי שלא לבייש מי שאין לו באור אצלי גם אביא שרשים הרבה שרוב העם

הקדמה בהלצה

כבורים שהם לשון עברי או מלשון רז״ל ואיתם אלא מלשון עם ועם וכל אותם המלות אביא ואודיע מה טעם וכן הרבה שרשים הנמצאים בערוך גם בשרשי הרד״ק מ״מ אבי אביאם גם כן אבל אחדש בהם איזה דבר או בפתרונם או בנקודתם או בקריאתם ורוב העולם טועים בם גם דקדוקם אבאר בהרבה מהם ובאיזה בנין ראוי לדבר בם כי יש מלות שלא יבאו רק בבנין הקל ויש בפעל הדגוש ויש בהפעיל וכן כלם ורוב הלשונות שאבאר אביא ראיות מהתרגום או אונקלוס או יונתן או ירושלמי והנה לא נודע לנו מי הוא המתרגם של כתובים יש אומרים שהוא רבי יוסי ויש אומרים שהוא עקילס הגר ויש אומרים שהוא הירושלמי שתרגם התורה וגם שמו הוא פלאי גם אביא ראיות הרבה מלשון יוני שהוא מכנים הרבה עם תרגום ירושלמי וכן עם לשון רומי גם עם הלועזי ששלשה אלה משותפין כאשר כתבתי והארכתי בהקדמת ספר המתורגמן אשר במהרה יצא לאורה אי״ה וידעתי כי רבים יתמהו על רוב מלות התרגו׳ שהבאתי באמרי בהרבה מקומות זה הלשון לא נמצא עוד בתרגום או לא נמצא רק במקום אחד או שנים או כך הוא מתורגם בכל המקרא חוץ מן איוב משלי ותלים וכמו אלה רבות ולא יאמינו לי בכל האותות אשר עשיתי בקרבם אמנם אם ידעו הטורח הגדול שטרחתי בחבור ספר המתורגמן גם בעיניהם לא יפלא כי באמת שלש שנים עמדתי בחבורו ואז עברתי על כל התרגומים כמה וכמה והנסיון יוכיח למי שיעיין בו גם יתמהו על לשון יון שהבאתי בהרבה מקומות בידעם שאינני מכיר הלשון ההו׳ אבל לא ידעו שמן הקארדינאל

הקדמה בהלצה

אשר עמדתי עמו שלש עשרה שנה קבלתי כל אלה כי
הוא היה בקי מאד בלשון יון ויש לדעת כי לשון יון
שנמצא בדברי רז"ל על הרוב אינו הלשון שמדברים בו
המון עם מהיונים אך מהלשון המדוקדק שיש להם
שבו כתבו ספריהם וכן הדבר בלשון ערבי שהלשון
ההמוני אינו הלשון שכתבו בו ספריהם והוא לשון מדו
מדוקדק מאד וכן כתב הרמבם זל כל ספריו חוץ מיה"ד
הגדולה אשר עשה וכן לשון לועזי הוא לשון לאטין
שנשתבש ומכל אלה יבאו קצת שרשים בספר זה ואבאר
כיד יי הטובה עלי והנה אם באתי לבאר בהקדמה זו
חלוקות כל השרשים שאביא בספרי זה ואתן סמנים בכל
חלק וחלק לאמר יש שרשים שאביא בעבור כך וכך ויש
מהם בעבור כך וכך תהיה ההקדמה פרקים פרקים אך
כלל אחר אתן לך שיספיק לכלם והוא דע לך כי לא אביא
שרש בכל הספר הזה שלא אגיד בו איזה חדוש דהיינו
אין שרש בלי חדוש והנה בעודני בביתי בוויניציאה
ועמלתי בחבור הזה היה לבי טרוד ונרכה נפשי לתאבת
למצא מקום להדפיס הספר הזה כי המחוקק הגדול דניא
בומבירגו כבר הניח עבדת הדפוס ולא יעבוד עוד ובמעט
הייתי מסכים לשלחו מן הארץ עד בלוניה אך הוגד לי
כי גם שם לא ינוח לי כי כבר שבתו ממלאכתם ויהי היום
ועודני מדבר אל לבי והנה אלי כתב מאיש אחד נוצרי
מארץ אשכנז מבשר ואומר איך שכבר הקים לו בית נאמן
להדפיס ספרים אין הץ ולי אני עבדו חרא להיות ידי
אתו להגיה ספריו אשר ידפיס והוא יתן לי שכר טוב בעמלי
מצורת לזה כתב לי ששמע שיש תחת ידי ספרים אשר

הקדמה בהלצה

חברתי ועדין לא יצאו לאורה והוא מרצה להדפיסם לי
בכל רצוני וכשמעי דבריו כי נעמו אמרתי לדבק טוב
הוא וזה היום שקויתי להדפיס כל הספרים אשר חברתי
מימי יש מהם שנדפסו כבר ועתה באתי להוסיף על
קצתם דברים רבים כהמה והם הפירוש על המהלך וספר
הבחור וההרכבה ופרקי א״ה וספר מסורת המסורת וספר
טוב טעם אלו ששה הם שנדפסו כבר והמתורגמן וספר
הזכרונות וספר הזה אדפיס עתה א״ה תרי ט׳ ספרי׳ שחברתי
מיתרה לזה שכבר שמעתי שמעו היות האיש נכבד וטוב
ומשכיל בלשוננו הקדושה נכנסו דברי כתביו באזני ואאת
לבקשתו וחמותי קל חיש ושמותי לדרך פעמי וידעתי כי
מאת יי׳ היתה זאת כי כמה פעמים נקרא נקראתי משרים
רבים ונכבדים גם מקרדינאלי גם מהגמונים גם מעיר
פריז אשר בצרפת בצואת המלך יר״ה ולא הטיתי אזן ׃
ובבאי הנה היתי בחגהנו ומצאתיו מלא ישן ולא הגד לי
החצי מחכמתו וידיעתו ורבים שואבים מי תורתו ודורש
טוב לעמו נאה דורש ונאה מפרש ובאמת ראוי הוא
שבני עמו יקראו עליו כמו שאנו קוראין על רבינו משה
בן מיימון ממשה עד משה לא קם כמשה כך יאמרו
עליו מפאולוש עד פאולוש לא קם כפאולוש ובראותו
הספר הזה אשר חברתי והכיר רב טובו ותועלתו גדול
מאד והעתיק אותו ללשון לאטין אשר קראו הדמוצינו
לשון רומי וחבר שתי הלשונות יחד עמוד לקראת עמוד
לא העדיף ולא החסיר ובכן הסכמנו להדפיסם יחד ונשים
עינינו עליו בכל מאמצי כחנו הוא מצד אחד ואני מצד
אחר ונקרא איש אל אלהיו שיצליח את מלאכתנו ויהי
נועם יי׳ אלהינו עלינו ומעשה ידינו כוננה עלינו ומעשה
ידינו כוננהו אמן ׃

וּבְכֵן נִשְׁלְמוּ הַהַקְדָּמוֹת ׃
בְּשֵׁם יוֹצֵר הַנְּשָׁמוֹת ׃
וּבְשֵׁם שֶׁל אַרְבַּע אוֹתִיּוֹת ׃
נַתְחִיל הַשָּׁרָשִׁים עַל סֵדֶר
הָאוֹתִיּוֹת ׃



אות האלף

אב החודש החמשי נקרא אב ולא נמצא במקרא וכן שמות כל שנים עשר החדשים ניסן אייר סיון וכולי איננם לשון עברי רק לשון כשדים או פרסים · והראיה כי לא נמצאו רק בספרי הגולה שהם זכריה ודניאל עזרא ואסתר · ורבי אברהם אבן עזרא חשב גם עמהם ספר חגי בפרשת
שמות י"ב בא אל פרעה והוא טעות סופר כי לא נמצאו בו ·
ובארבע ספרים הללו נזכרו רק שבעה חדשים והם ניסן סיון אלול כסליו טבת שבט אדר ובתרגום ירושלמי
לסתר ג' דמגלת אסתר בפסוק בחודש הראשון הוא חודש ניסן
נכתבו כלם על הסדר ׃

אבן נהגו קצת חכמי ספרד ליחס עצמם בלשון אבן כגון רבי אברהם אבן עזרא · רבי שמואל אבן תבון · רבי שלמה אבן גבירול · וכן כל אותם שהיו נקראים בלשון ערבי · ואבן הוא בלשון ערבי כמו בן בעברי אבל איננו כמו בן המתיחס לאב כי אם למשפחה כי אביו של רבי אברהם מאיר שמו ועזרא שם היחס וכן תבון וגבירול הם שם יחס המשפחה כי אביהם של שניהם נקראים יהודה · וכן נהגו

RADICES INCIPIENTES AB Aleph.



B,] MENSIS QVINTVS VOcatur אב nec inuenitur in Biblia: sicut & omnium duodecim mensium nomina nō inueniunt: quę sunt Nissan, Iiar, Siuan.&c,quæ nō sunt uocabula hebraica, sed Chaldaica, uel Persica,cuius rei argumentum est, quòd inueniuntur tantum in libris (Bibliacis) qui in captiuitate conscripti fuerunt:ut est liber Zachariæ, Danielis,Ezræ, & Esther, quibus Aben Ezra annumerat & librum Haggai in Capitulo, Ingredere
Exod. 12. ad Pharaonem, &c.sed errore scriptoris hoc factum est, non enim inueniūtur in eo libro(mensium nomina) Porrò in uigintiquatuor libris bibliacis cōmemorant tantum septem menses,scilicet,Nissan,Siuan,Elul,Cislef, Tebeth, Schebat & Adar. At in Thargū Hierosolymitano, super
Esther. 3. librū Esther, circa hunc uersum, In mense primo,qui est mensis Nissan, &c. omnes iuxta ordinem scribuntur.

Aben,] In usu habent quidam ex sapientibus Hispaniæ,ut seipsos à familia uocabulo אבן cognominēt, ut Rabbi Abraham Aben Ezra, Rabbi Schemuel Aben Thabbon,Rabbi Schelomo Abē Gabirol: & sic omnes qui exercitati fuerunt in lingua Arabica. Et nota quod Aben in lingua Arabica ,idem quidem significat, cat quod בן in Hebræo,sed nō idem ualet quod בן relatiuum ad patrem , immo ad familiam refertur. Nam pater ipsius Rabbi Abraham,nomine suo Meir appellatus fuit,& Ezra nomen est familiæ,quemadmodum & Thabbō,Gabirol,nomina sunt gentilitia: utriusq; pater enim Iehudah uocatus fuit. Similem consuetudinem

 & sa-

חכמי האמות הערביים כמו אבן סבי הרופא כי שם אביו
עליו וכן אבן רשד ויש שחורין המלה אבן הבית רפוית
ואינו כן בלשון ערבי רק דגושה ׃ ונוהגין הסופרים
לכתוב במקום אבן נון פשוטה לבד בנקודה אחת עליה
כזה ן׳ כגון רבי יהודה בן שלמה ן׳ יחייא . יצחק בן
יהודה ן׳ אברבינאל ודומיהם ׃

אבק גר האבוקה פירוש שחושרים שתים
או שלש או ארבע נרות יחד לעשות
להב גדול על כן נקראת אבוקה מלשון ׳ ויאבק איש
עמו ׳ שהוא לשון קשירה כמו שפירש רשי ׳ ובלעז ראשית ל״ב
טורצה ובלשון אשכנז שטאנג קערץ או ואקל ׃

אבר בדברי רבותינו זכרונם לברכה אבר
מן החי ׳ רמ״ח אברים יש באדם ׳
ולא במצא זה הלשון בפסוק רק בלשון נקבה כמו ׳ מי
יתן לי אבר כיונה ׳ ישאהו על אברתו ׳ ובלשון תילים נ״ה
עברי נקרא האבר נתח כמו ׳ תנתח לנתחיו ׳ דברים ל״ב
תרגומו תפלג לאברוהי ׳ וכן את הנתחים ׳ ית אבריא שמות כ״ח
׳ וכל לשון עצם דבאיוב ׳ משלי ׳ תלים ׳ מתורגם יחזקאל ח׳
בלשון אבר כמו כל עצמותי תאמרנה ׳ כל אברי ׳
אין שלום בעצמי ׳ באברי וכן קראו ערות הזכר אבר
כמו שאמרו עד שימות האבר ׳ אבר מדולדל ׳ ובלשון
עברי כנוי ערות הזכר בשר כמו ׳ רר בשרו ׳ וכן ערות
הנקבה ׳ זוב מבשרה ׳ וכן ׳ בשר

& ſapientes populi Arabici habent.ut, Aben Sene medicus, patris enim ipſius nomen Eli fuit. Item, Aben Reſchad, Sunt porrò qui dictionem אבן legunt cum Beth raphato, quod tamẽ non fit in lingua arabica in qua dagges habet. Solent prẹterea ſcriptores loco אבן ſcribere Nun ſimplex ſolum, habens ſupra ſe punctulũ unũ, hoc modo ṇ ut, Rabbi Iehuda Ben Schelomo ṇ Iechija. Iſa hac Ben Iahudah ṇ Abarbinel. & id genus ſimilia.

ABak,] apud Rabinos noſtros (pię memoriæ) legitur] נר האבוקה per quod intelligunt candelam ubi duæ, tres, uel quatuor faces colligantur, ad faciendam magnã flammã, quapropter uocabulũ. אבוקה deſumptũ eſſe
Gen.32. uidet̃ ab illo ויאבק איש עמו ubi colligationẽ, ſiue adhæſionẽ significat, ſicut etiã expoſuit Rabbi Schelomo, Italice Torzah uocat̃ & in lingua Germanica, ſtanckkertz uel fackel.

EBer] apud Rabbinos legitur, Membrum de uiuo, Item, 248 membra ſunt in homine. In Biblia non inuenitur hoc uocabulum uſurpatum niſi pro ala,
Pſal. 55. ut, Quis dabit mihi alam qualem columba habet, Item, Et
Deut.32. portat eum ſuper alã ſuã. In lingua uero Hebræa mem-
Exod.28. brum נתח uocatur. ut, Et dimembrabis in membra ſua
Leuit.8. ubi Thargum habet לאברוהי Item, Et membra. Thargũ, ית אברוהי, Omne item uocabulũ עצם id eſt, os, quod in Iob, Prouerbijs & pſalmis legitur. Chaldęus interpres per אבר
Pſal.35. reddit, ut, Omnia oſſa mea dicẽt. pro quo Thargum habet
Ibidem 63. Omnia membra mea. Non eſt pax in oſsibus meis. Thargum, in membris meis. Hinc eſt, quod & pudenda maſculi Rabbini אבר uocarunt, ut cum dicunt, Donec moriat̃ membrum. Membrum languidum. Cęterum in Hebręa lingua uerẽda maſculi, caro cognominant̃, Exempli gra-
Leuit. 15. tia, Si ſpuerit caro eius. ſimiliter & mulieris pudibũda, ut, Fluxus eius de carne eius. huiuſmodi eſt, Caro aſinorũ ca-
Ezech. 23. ro eorum, id eſt quorum pudenda ſunt ſicut pudenda aſinorum,

חֲמוֹרִים בְּשָׂרָם ׃ פֵּירוּשׁ עֶרְוַת הַחֲמוֹרִים עֶרְוָתָם וְכֵן הוּא
שמות ה׳ מְכֻנָּה בִּלְשׁוֹן יָרֵךְ כְּמוֹ יוֹצְאֵי יֶרֶךְ יַעֲקֹב ׃ וְלִצְבּוֹת
במדבר ה׳ אֶת יְרֵכֵךְ נוֹפֶלֶת פֵּירוּשׁ עֶרְוָתָהּ ׃

אַגָּדָה מִדְרַשׁ אַגָּדָה ׃ אַגָּדַת חַלָּה ׃ הוּא לְשׁוֹן מְשִׁיכָה ׃ תַּרְגּוּם וַיִּמְשְׁכוּ ׃ וְנַגִּידוּ ׃
וְנִקְרְאוּ כֵּן לְפִי שֶׁהַדְּבָרִים הָהֵם מוֹשְׁכִין אֶת לֵב הַתַּלְמִידִים
וְלִפְעָמִים קוֹרְאִין אוֹתוֹ הַגָּדוֹת מִלְּשׁוֹן הַגָּדָה ׃ וְעוֹד אֲדַבֵּר
בָּם בְּשׁוֹרֶשׁ הַגָּדָה ׃

אַגָּס הַפְּרִי הַנִּקְרָא בִּלְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז בִּירְן ׃ וּבְלַעַז
פֵּירִי נִקְרָא בִּלְשׁוֹן רַבּוֹתֵינוּ זַ״ל אַגָּסִים ׃

אֵד קוֹרִין לְחַג שֶׁל עוֹבְדֵי עֲבוֹדָה זָרָה אֵיד כְּמוֹ
שֶׁאָמְרוּ רַבּוֹתֵינוּ זַ״ל ג׳ יָמִים לִפְנֵי אֵידֵיהֶן
אסתר ה׳ וְכֵן בְּפָסוּק כְּשִׁבְתַּת הַמֶּלֶךְ בְּתַרְגּוּם יְרוּשַׁלְמִי יוֹמָא דְאֵידָא
איוב ל״ח הֲוָה לֵיהּ ׃ וְהוּא לְשׁוֹן שֶׁבֶר כְּמוֹ וְאֵיד נָכוֹן לְצַלְעוֹ וְכֵן
קוֹרִין לוֹ בִּלְשׁוֹן עִבְרִי חַגָּא כְּמוֹ שֶׁאֲבָאֵר בְּשָׁרְשׁוֹ ׃

אַוָּז נִמְצָא בְּדִבְרֵי רַבּוֹתֵינוּ זַ״ל אַוָּז וְאַוַּזָּא בְּשֵׁבֶי
וְרִיז ׃ מִן אַוָּז בָּא לְשׁוֹן רַבִּים אַוָּזִים ׃ וּמִן
אַוַּזָּא אַוָּזוֹת ׃ וְהָיָה יוֹתֵר נָכוֹן לְהִקָּרֵא אַוַּזָּאוֹת בִּקְבוּר
הָאֵלֶּה וְהוּא הָעוֹף הַנִּקְרָא בִּלְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז גאנז ׃ וּבְלַעַז
פָּאפִירָה ׃ וּמִן הַמִּין הַזֶּה בַּר אַוַּזָּא הַנִּקְרָא בִּלְשׁוֹן אַשְׁכְּנַז
עָנְט וּבְלַעַז אַנִירָא ׃

אַדַּרְקָן בְּדִבְרֵי רַבּוֹתֵינוּ זַ״ל אֲדוּקִין בְּמִצְוֹת ׃ פֵּירוּשׁ
אָחוּז וּמְחוּבָּר תַּרְגּוּם צָפַד עוֹרָם עַל
איכה ד׳ עַצְמָם אֲדוּק ׃ וְכֵן אָמַרְתִּי בְּהַקְדָּמָתִי בַּסֵּפֶר

norum, ueniunt & appellatione ירך, quod fœmur significat. ut, Egressæ de fœmore Iacob. Et de muliere dicitur,
Exod.1. Num.5. Cũ fecerit dñs corruere fœmur tuũ, intelligit, cunnũ eius.

AGAD.] Apud Rabbinos sæpe legitur Midrasch Agadah, Agadath Helek. uocabulũ hoc tractionẽ significat: unde ubi Hebręus dicit, Et traxerũt Ioseph: Thargum habet, ונגידו id est, & traxerunt. (Gen.37.) Vocantur autem colloquia quædam Rabbinorum Agadoth, eò quòd attrahunt cor discipulorum. Nonnunquam uerò & הגדות dicũt, quòd ab הגדה deductũ est, de quibus iterum loquar in radice הגדה

AGAS] fructus est, qui Germanicè pyren nominatur Italicè Pyre Rabbini Agasim uocant.

ED] festum, quod idolorũ cultores celebrare solent Ed uocant, sicut patet ex eo ꝙ Rabbini dicunt, Tres dies ante festa eorum. Item ex eo quòd Thargum Hierosolymitanũ habet in hũc locũ; (Esther 1.) Cũ sederet rex Ahasuerus super soliũ regni sui Thargũ, Dies festus erat ei. Significat autem Ed contritionem, siue perditionẽ. ut, Perditio parata est lateri eius. (Iob.18.) Simili modo & in Hebræo perditio uenit appellatione איד sicut declarabo in radice eius.

AVAZ.] apud Rabbinos nostros, אוז & אווז cum duobus uau inuenitur, ab אוז uenit numerus pluralis אוזים & ab אווז, אווזין magis tamen conueniret dicere אווזות idq; propter literam Aleph. Est autem אוז auis quæ Latinè anser, Germanicè Gansſ, Italicè papira uocatur, cuius generis est & אווז בר Germanicè ein Ent, Italicè Anira.

ADAK.] apud Rabbinos legitur מצות אדוק id est, adhærens præceptis, idem ualet hoc uocabulũ quod אחוז, id est, appræhensus. & מחובר id est, coniunctus, Adhæsit cutis ossi eorum. (Thren.4.) ibi Thargum habet אדיק. Et in hac significatione ego usus sum in Præfatione mea, super librũ Sichronoth

הזכרונות כל ימי הייתי אדוה · בפסוח ובדיהדוה ׃

אָרוֹן גִּלְיוֹן יתבאר בשרש גליון ׃

בראשית א' **אָוִיר** על פני רקיע השמים תרגום ירושלמי אויר ולא מצאתיו עוד בכל התרגום ובלשון אשכנז לופט ובלעז איירו והוא קרוב ללשון אויר ׃

אוֹת אלף בית גימל וכולי בקריאת כל אחת אות לפי שהיא אות וסמן על קול מוצאת ומבטאת וברבוי אותיות ולא אותות · להבדיל בינו ובין אותות ומופתים ׃

ישעיה נ"ב

תילים ת"ח **אָחוֹר** בקרא בית מוצא הריעי אחור כמו ביד צריו אחור פירוש מכת אחור הם

מלכים א' ז' האבעבועות וכן כל אחוריהם ביתה והמון העם קורין לו תחת

אַחֲרָיוּת לשון זה מורגל בדברי רבותינו ז"ל · כגון נכסים שיש להם אחריות · וכן שקבל עליו אחריות · ובערוך פירש נכסי קרקע ואנחנו פותרים אותו בלשון שעבוד ובלעז אובליגאציון ובלשון אשכנז ור שפרוכן בור שאדן ׃

אִטַלְיָא קורין לארץ הזאת שהיא ארץ לועז איטליא הנקרא בלשון אשכנז וועלש

יחזקאל כ"ז לאבד · וכן תרגם יונתן מאיי אלישה ממדינת איטליא

מדבר כ"ד וכן וצים מיד כתים וכתים ודודנים שביהם תר"י איטליא

בראשית י' וכן יושבת בארץ עוץ מתורגם דמתבי באיטליא ׃

איכה ד'

chronot,ubi dico,Omnibus diebus meis adhæsi Pasuc & Dikduk.

A V A N Gilaion] explicatur in radice גלן.

Gen.1. A V E R] In superficie firmamenti cœli,ibi Thargū Hierosolymitanum habet אויר quod ipsum amplius non inuenio in toto Thargum,Germanice lufft, Italicè אירי quod affine est uoci אויר

O T H,] Aleph,Beth,Gimel &c.unaquęq; uocatur אות eò quòd nota & signum est,uocis prolatę & pronuntiatæ. In plurali numero dicitur אותיות & non אותות ad distinguēdū inter ipsum & אותות quod signa significat.

A chor.] sic uocatur locus,unde stercus exit, Exempli gratia , Et percussit hostes in posterioribus,
Psal.78. id est,percussione,siue plaga in posterioribus,intelligit autem ulcera :eandem significationē habet et in hoc loco.Po
1.Reg.7. steriora autem eorum erant introrsum. Vulgus תחת appellat.

A Charaioth] Vsitatum est hoc uocabulū Rabbinis. ut,Diuitiæ quas habent oppignoratæ sunt.Item,Recepit super se oppignorationem.In Aruch(Thalmudico) exponitur.כסי קרקע id est,diuitiæ,seu bona fundi:Germanicè,ligende gūeter bona(ut uocāt)immobilia. Nos uerò interpretamur משכון Italicè obligatio , & Germanicè versprechung für schaden.

I Talia] terram,quę aliâs כתים nominatur איטליא uocant,Germanicè Vuelschland,qua uoce usus est & Io
Ezeh.27. nathā Chaldęus De Insulis Elisa, De prouintia Italiæ.Itē.
Num.24. Et naues uenient de(partibus) Kitthim. Kitthim & Do-
Gen.10. danim:in his duob.locis Thar. habet uocē Italia.Itē,Quæ
Thren.4. habitas in terra Vz,Thargū habet,q̄ extructa es in Italia.

בראשית כ"ז
ובבראשית רבה · הנה משמני הארץ יהיה מושבך · זו איטליא של יון אמר לי הסרדנאל שהיא המחוז הנקרא קלאבריי״א שהיא ארץ שמנה מאוד ׃

שמואל א' ד'
איוב כ"ב

אי כמו אין והוא בחירק כמו אי כבוד · ימלט אי נקי · וכן יש לומר אי אפשר בחירק והאומרים אי בצירי טועין כי הוא לשון איה ׃

איך בספרים הצובים נוהגים לומר איכות ומהות וכמות · רוצה לומר איך הוא ומה הוא וכמה הוא · וכן אמרתי אני בהקדמתי לפרק שירה ספר מעט הכמות ורב האיכות ׃

אית תרגום של יש אית ומזה אומרים כדאיתא במסכת פלונית או בפרק פלוני פירוש כמו שיש ׃

אכסן אל ישנה אדם אכסניא שלו פירוש המלון בלשון אשכנז הערברח ובלעז אלבירגו והאורח נקרא אכסנאי · ונקרא גם כן אושפיזא עיין בשרשו ׃

אלא מלה יונית היא כמו כי אם או רק או אך ׃

אליו עם מם השמוש מאליו והוא כמו מעצמו וכן מאליהם או מאליה · כמו מעצמם מעצמה · ולא נמצא רק על גופי הנסתרים האלה רוצה

Porrò in Breschith Rabba in hunc uersum, Vbertates ter
Gen.27. ræ erit habitatio tua. Expositio sic habet: Hæc est Italia Gratiæ. Et Cardinalis quidam dixit mihi quòd sit regio, quæ Calabria uocatur, terra ualde fertilis.

I] idem ualet quod אין, & punctatur cum Hirec. Exempli gratia אי כבוד, id est, Non est gloria, ימלט אי נקי id est, Euadet etiam non innocens. Sic quoque dicendũ est, אי אפשר, id est, Non est possibile. qui enim dicunt אי אפשר errant, cum si habeat Zere idem significet quod איה, id est, ubi.

ECh] in libris prophanis dicere solent איכות, id est, qualitas, מהות quidditas, כמות & quantitas, quę idem ualent, ac si dicerent, quale est, quid est, quantum est. Ad hunc modum ego usus sum in Præfatione libri Capituli Cantici, quum dico, Liber quidem paruus est quantitate, sed magnus qualitate, ob id quod cõtinet res necessarias.

ITh] Thargum quod respondet uerbo hebraico יש est אית quo uti solent Rabbini, quum dicunt, ut est in tractatu isto, uel, ut est in Capitulo illo, idem ualet, ac si diceretur כמו יש, id est, sicut est.

AChsan] apud Rabbinos legitur. Non mutet homo hospitiũ suum, ibi אכסניא idem significat quod המלון id est, diuersoriũ, Germanicè, Herberg, Italicè אלברגו. Et hospes ipse אכסנאי uocatur. qui & alio nomine אושפיזא dicitur. de quo uide in radice sua.

ELla] dictio Græca est, idem ualens quod כי אם, uel רק uel אך, id est, sed. duntaxat, ueruntamen.

ELaf] Quando recipit Mem seruile à principio hoc modo מאליו idem ualet quod מעצמו id est, à semetipso. Hinc quoque dicitũ מאליהן, מאליה, ק מעצמם, מעצמה id est, à semetipsis, à semetipsa, & tantum inuenitur in tertijs istis perso-

nis

לומר לא יוכל לומר מאלי מאליכם מאליתי ׃

אלו כדברי רבותינו זל מה נשתנו אלו מאלו ׃ אלו ואלו השרפים האלה כצרי ופירושן כמו אלה ׃ ויש שכותבים יוד אחר האלת ואין צריך ׃

אלולי כן תרגום של לול ואלו כחיריק והרדק הביאו כשרש לול ושם אביאנו גם אני

אלמלי רבותינו זל שמשו כזה הרבה אבל יש הפרש בין אלמלי הכתוב ביוד בסוף ובין אלמלא הכתוב באלף כי הכתוב באלף היא מלה מורכבת מן אם לא בלשון אשכנז ווער ניט כמו שאמרו אלמלא מורא מלכות וגומר אבל הכתוב ביוד הוא כמו לולי או אלו והאלף שבראש נוספת כמו שאמרו אלמלי נגדו לחנניה מישאל ועזריה הוו סגדין לצלמא ׃

אלך מכאן ואלך פירש והלאה ׃ אבל תרגום של הלאה הוא כמו העברי בלשון אשכנז בור באש ובלעז אולטרא ׃

אלך כדברי רבותינו זל אילך ואילך כמו מכאן ומכאן ׃ או מזה ומזה רוצה לומר מזה הצד ומזה הצד בלשון אשכנז אויף ביידן זייטן ׃ ובלעז דא קווי או דא לי ׃

במדבר ל"ד **אלכסן** בגבולות הארץ פירש רשי ובא מן הצפון אל הדרום באלכסון פירוש כל קו שאינו עומד באורך או ברוחב אלא כזה ׳ או כזה ׳ נקרא אלכסון בלשון אשכנז אובר צווערך ובלעז פיר טראווירסו ׃

ירמיה מ"ו **אלכסנדר** אמון מנוא תרגום אתרגשות אליכסנדריא וכן כל נוא דבירמיה מתורגם כן ׃ וכן

sonis,hoc est,non possumus dicere מאלי מאליכם מאלינו id est,à memetipso,à uobismetipsis,à nobismetipsis.

ELu] apud Rabbinos legitur, quid uariant hæc ab illis? Item, Ista & illa exusta sunt in quibus Aleph punctatur cum Zere, & idem significat quod אלו. Sunt qui Iod literam post Aleph scribunt, quod tamẽ non est opus.

ILule] Thargum est quod respondet Hebræo לולי & לולא quod cum Hirec scribitur. Et Rabbi Dauid Kimhi mentionem eius facit in radice לול quemadmodum & ego citabo eam in suo loco.

ILemale] Crebrò utuntur hac uoce Rabbini, est tamen differentia inter אילמלי quod scribitur cum Iod in fine, & inter אלמלא quod scribitur cum Aleph, Quod enim scribitur cum Aleph, dictio est cõposita ab אם & לא Germanicè, vuer nit. ut, Nisi esset timor regni, &c. Sed quod scribitur cum Iod, idem ualet quod לולי aut אלו ut, cum dicunt, Si per torturã examinati fuissent Hananias Misaël & Azaria adorassent imaginem.

ALachsan,] In Capitulo, in quo tractatur de terminis ciuitatum terræ Israël. Rabbi Schelomo
Num. 34. sic exponit, & pertingit ab Aquilone ad Meridiẽ per obliquũ. sensus est, Omnis linea q̃ neq; longa, neq; lata est, hunc in modum figurata / uel taliter \ אלכסון uocatur, Germanicè, überzvuerch, Italice, Per taruerso.

ELach,] Rabinis in usu est, אילך ואילך, quod idem ualet ac si diceretur מכאן ומכאן uel מזה ומזה id est, ex isto latere, & ex illo latere, Germanicè, auff beyden seytten, Italicè da que, uel, da li.

ALexandar.] אמון מנא Thargum habet, Vulgus de Alexandria. Similiter omne נא quod in Hieremia legitur in Thargum per Alexandria redditur, uocatur au

tem

נקראת עד היום · והיא עיר סמוכה למצרים ותמצא בספרי הקדמונים שבנה אותה אלכסנדרוס מוקדון ׃

אלם בדברי רבותינו ז״ל כל דאלים גבר לשון חוזק חזק ואמץ דבתורה תרגם אונקלוס (דברים ל״א)
תקיף ואלים אבל דביהושע תרגם יונתן תקיף ועלים בעין (יהושע א׳)
וכן חזקו ואמצו שבתורה ברוב הנוסחאות תקיפו ואלימו (דברים ל״א)
באלף ׃

אלתר בדברי רבותינו ז״ל לאלתר פירוש תכף ומיד בלשון אשכנז אוז בלד ובלעז סוביטו · ונראה לי שלא יתכן לאומרו בלי למד השמוש ׃

אמה נקרא האצבע הארוך אמה ונקרא גם כן ערות הזכר גיד האמה ׃

אמן מעשה ידי אמן · אין לו דומה (שיר ז׳)
במקרא ותרגום של · מעשה ידי (דברים כ״ז)
חרש ׃ עובד אומן והשם אומנות בלשון אשכנז מייגשטר שאפט · ובלעז מיישטראנצה ׃

אמצע תמצא בשורש מצע ׃

אמורא בשורש תנא תמצאנו ׃

אנדרוגינוס אמרו רבותינו זכרונם לברכה בריה בפני עצמה ולא הכריעו בו חכמים אם זכר אם נקבה והיא מלה יונית · אנדרו איש גינוס אשה

אנס זה השורש לא נמצא במקרא רק כדת אין אונס ורבותינו זכרונם לברכה (אסתר א׳)

tem hoc nomine adhuc hodie ciuitas Aegypti, quam, ut in libris antiquorũ legitur) Alexander Macedo extruxit

ALam,] Apud Rabbinos legitur, Quicunq; fortior est præualet: hoc uocabulum fortitudinẽ significat:
